

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8481

Auteur(s) : Richer, Condé-sur-Vire (prêtre)

Bénéficiaire(s) : Jean, Aunay-sur-Odon, Notre-Dame d'Aunay (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1191

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Bail de la Boullaye, près Thorigny, fait par l'abbé Jean au prêtre Richer.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Le Hardy Gaston, *Étude sur la baronnie et l'abbaye d'Aunay-sur-Odon*, Caen, H. Delesques, 1897, Pièces, n° 24, p. 301-303.

Texte d'après a

Notum sit presentibus et futuris quod anno ab Incarnatione Domini Mo. Co. X Co. Io Ego Richerius sacerdos de Conde accepi a Johanne abbate de Alneto assensu conventus sui locum eorum de Boeleia tenendum de eis ad firmam, quandiu in seculari habitu vixero, et ea quæ ad ipsum locum pertinent, scilicet : totam decimam dominici sui ex integro, et duas garbas de masura Fauket, et de masura Ricardi de Busco, de terra Marie de Kernet apud Cauce Keneriam, de masura Barbedasne, de masura de Monchurel quas tenet Dionisia uxor Garini de Maletot oed. de feodo Hugonis de Haia et duas garbas de toto feodo Roberti de Fumovilla, et de feodo de Baudere apud Ragum, et de feodo Durandi de Valle..... Et omnia ad ipsum locum infra unam leucam pertinentia tam in decimis quam in..... et lentinis, dominicis, hominibus, pratis, terris et aliis rebus, retento tamen in manu eorum nemore suo de Boeleia, sub hac conditione custodie mee commisso, quod ego nichil ex eo dabo aut vendam, sed illis tam fidelites custodiam ac si mihi et heredibus meis esset in perpetuum jure hereditario possidendum Ipsi autem monachi de nemore illo sic predicto, et in manu sua retento, quidquid voluerunt facient, etiam me vivente. Pro his autem omnibus ego dictus Richerius debeo eis reddere annuatim IX libras andegavenses, unam mediatatem ad festum Sti Johannis Baptiste, et alteram ad festam sancti Michaelis. Si quædam autem edificia in prenominatis locis eorum construxero, eorum erunt, et auferri non licebit. Ab hac autem conventione excluditur quidquid ab eis acquiretur. Sciendum est quod in aliquem hominem de terris monachorum heredem facere vel exhereditare, absque eorum concensu, non licebit ; et de forisfactis hominum juxta consilium eorum me habeo. Et si quis eos hinc plusare vel res suas minuere voluerit, ego partem eorum favebo, et omnes possessiones suas mihi commissas pro posse meo contra omnes adversarios defendam, et ipsi meas. Ipsi autem me in fratrem et familiarem in suo capitulo [recipien]t, et ego meum verbum eis reddidi, et tertiam partem omnium catallorum meorum post obitum meum pro salute anime mee in elemosina concessi. Si autem a prescripta conventione manifeste fraudulenter exiero, nulla mihi ab eis conventio tenebitur. Hanc autem conventionem juravi ego ipse Richerius in Alnetensis conventus presentia, et coram domino Henrico Baiocensi Episcopo, et parochia de Condeio, me fideliter servaturum, et fidelem in ea permansurum. Quod ut firmum et stabile habeatur, presenti scripto confirmatur, et sigillo meo roboratur. Testibus his : Domino Henrico

Baiocensi épiscopo. – Bernardo abbate de Valle. – Henrico cantore Baiocensi. – Petro de Lamberville. – Willelmo de Cruc eia. – Roberto fratre suo. – Roberto Estormi. – Silvestro filio suo.